

Privilegium Venditionis Advo-
catie Lanciciensis.

265

In Nomine Domini Amen. Ad per-
petuam rei memoriam, Divinitus et ra-
tionabiliter adinventum est, ut ea quae sub
tempore geruntur literarum apicibus, et
tertium fide dignorum annotatione per-
hennentur. Proinde Nos Sigismundus
Dei Gratia Rex Polonie, Magnus dux
Lithuanie, Nec non terrarum Cracovie,
Sandomirie Siradie, Lancicie Cujavie,
Rasie Prusie, Culmeris Elbingensis,
Someranieque dominus et heres. etc. Si-
gnificamus tenore presentium quibus
expedit universis presentibus et futuri-
harum notitiam habituris. Quomodo con-
stitutus in nostra, et Coniliariorum nostro-
rum hic nobiscum existentium presentia
Nobilis Jacobus de Lyesze, non compulsus,
non coactus, nec aliquo devio errore sedu-
ctus, Sanius mente et corpore existens,
maturaque deliberatione intra se preha-
bita, publice et per expressum recognovit
et fassus est, quia Advocatiam suam to-
tam Lanciciensem, una cum domo et la-
pidea ejus Advocatie, in Circulo ejusdem
Civitatis Lanciciensis in Aie ad Partem
sinistram tendendo ad Castrum constitentem,
pro summa Septingentarum Marcarum
moneta

moneta et numeri in Regno Curventu,
in priori Privilegii venditionis ejusdem
Advocatie expressa, quadraginta et octo
grossos in Marcam quamlibet compen-
sando, famato Michaeli Ozymek Dicto Epi-
scopo Dano Syathkowiensi et suis legitimis Succes-
soribus, nostro consensu accedente, quem
ad id presentibus datus vendidit et ren-
gnavit perpetuo in effectu, possessionem
realem et actualem Advocatie ejusde-
m sibi jam ex nunc dando, et presentibus
vendit et resignat, titulo perpetuo irre-
vocabili per ipsum Michaelem et suos
legittimos Successores, Advocatiam prefa-
tam, cum omnibus ejusdem censibus,
proventus fructibus et redditibus, me-
diis coherentibus, obventionibus univer-
sis, quibuscumque Nominibus, et cogno-
minibus appellatis, ad ipsam advoca-
tiam spectantibus, que nunc in ipsa
Advocatia sunt, et in futurum industria
humana excogitari possunt, et generaliter
cum omni jure, dominio, et propri-
etate, nihil juris pro se, seu aliquo alio
in prefata Advocatia, et usu fructu
ejusdem reservando, et excipiendo, alias
juxta continentiam privilegii ejusdem
Advocatie Originalis tenem: habem: uti,
fruem:, pacifice quoque possidem:, danda
Donandam, et in usus suos beneplaci-
tos

tos convertendam, nostro tamen et successorum
 nostrorum consensu ad id accedente.
 Et quam quidem Advocatiam ejusdem
 premissa, venditionem et resignationem
 coram nobis ut manifestum est, factam,
 ratam, firmam, et gratam in omnibus
 ejus punctis, conditionibus et articulis
 haberi admittimus, roborque perpetue fir-
 mitatis habere Decernimus presentibus.
 In Cujus rei testimonium sigillum pre-
 sentibus est subappensum. Actum in Con-
 ventione generali Dyotroviensi, feria
 quinta ante Dominicam Oculi, proxima
 Anno Domini Millesimo, quingentesimo, de-
 cimo, Regni vero nostri anno quarto.
 Presentibus Reverendissimis et Reverendis
 in Christo Patribus Dominis Andrea Ino-
 senci et primata, Benedicto Leopoliensi,
 Archiepiscopi, Johanne Cracoviensi, Vincentio
 Wladislaviensi, Johanne Losnariensi, Gra-
 vno Ilocensi, Luca Varniensi, Mathia
 Dremisliensi, et Regni nostri Vicecancel-
 lario Episcopis. Nec non Magnificis
 Venerabilibus et Generosis Spithkone De
 Jaroslaw Castellano Cracoviensi, Nicolao
 De Camyencz Cracoviensi, Nicolao
 Gardzina De Lubranycz Calisiensi, Am-
 brogio De Gampow Siradiensi, Nicolao
 De Cretzkow Jurivladislaviensi, Nico-
 lao De Coszyelecz Bzenheni, Stanislas
 Xmytha

Knitha de Wysznicze Rufus Generali,
Nicolao Firley de Dambrowica Lubli-
nensi, Stanislae de Sreńsko Plocensi, Fran-
dotha de Relazna Ravensi, Palatinis,
Johanne Karamba de Calinowa Cosnani-
ensi, Christophero de Schidlowiecz
Pandomiriensi, Joanne Jarando de Bru-
dzow Calificiensi, Johanne de Gzeramb Si-
radiensi, Nicolao de Gylera Wislicien-
si, Nicolao de Schidlowiecz Radomiensi,
Nicolao Jordan de Baerliczyn Byecren-
si, Johanne de Lasko soadjutore Gne-
sniensi et Cancellario, Stanislae de Cho-
decz Marschalco Regni nostri, Johanne
De Lathalice Gnesniensi, Cracoviensi et Lan-
ciciensi Ecclesiarum Proposito, Johanne
de Carnkow Canonico Cracoviensi, Secreta-
riis nostris, Stanislae Jarocki Marschalco
curie nostre, Ceterisque Dignitariis, officia-
libus, et Curiosis nostris ad promissa
testibus fide dignis, Sincere et fidelibus
dilectis. Datt. per manus prefati Reverendi
in Christo Patris domini Mathie Episcopi
pi Bremisliensis, et Regni Nostri Vicecan-
cellarii sincere nobis dilecti.

Mathieu D. Eps.

et Vicecancellarius
subscript

Relatio ejusdem Reverendi
in Christo Patris domini Epi-
scopi Bremisliensis et R. D. Vice-
cancellarii.